



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 4. Paupertatem esse otij inimicam, laboris patronam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

illos esse. Quemadmodum ergo diuitiae occasio sunt omnium vitiorum, ut supra monstravi, ita paupertas ansam praebet omnium virtutum. Ex corporis morbo, ut ait Plutarchus, quidam hoc excerptum commodi, quod vacant negotijs, quibus distinebantur, & quosdam labores obiecti reddidere validos. Sic multis exilium, paupertas, naufragium, adde & bellum, & quidquid infestus secum fert hostis, occasio fuit philosophandi,

## §. IV.

*Paupertatem esse otij inimicam, laboris patronam.*

Atque in primis constat, sicut otium vi-  
tijs aditum aperit, ita labore industriaque  
virtutes comparari. Multam enim malitiam Eccli. 33.  
docuit otiositas, & cum dormirent homines, ve- 29.  
nit inimicus, & superseminavit Zizania in Matth.  
medio tritici, & abiit. Nimirum sicut aqua, ait 13, 25.  
B. Laurentius Iustinianus, que caret decursu, B. Laur.  
ac iacet in foueis, putrescit, ac humano usui Iustin.  
aliena efficitur, repleturq; animalibus vene- lib. de  
natis & noxijs; ita & corpus otij tabe confectu perfect.  
concupiscentiaru ac voluptatum carnalium pa- gradib.  
rit ac nutrit insaniam. Quod Valerius hoc c. 9.  
exemplo confirmat. Appi Claudium crebro Val. Max.  
solitum lib. 7.

solitum dicere accepimus: Negotium populo Romano melius, quam otium committi. Non quod ignoraret, quam jucundus tranquillitas statu esset; sed quod animaduerteret, præpotentia imperia agitatione rerum ad virtutem capessendā excitari; nimia quiete in desidia resolui. Et sane negotiū nomine horridū, civitatis nostra mors in suo statu continuuit, blanda appellationis quis plurimis vitijs respersit. Diogenes certè otiosorum negotium amore esse dicebat, quod hic affectus potissimum occupet otio deditos. Ita enim fit, ut dum otio vacant, in rem negotiōssimam incident. Et Poëta:

*Otia si tollas, periore cupidinis arcu,*

*Contemtaq; jacent, & sine luce faci.*

Ex aduerso autem, labor & occupatio vita excludunt, virtutem & laudem pariunt.

*Etenim ignauia, ait Sallustius, nemo immortalis factus est; neq; quisquam parens, liberis ut eterni fierent, ignauiam optauit, magis ut boni & honesti vitam suam agerent. Quemadmodum autem diuitiae faciunt otiosos, ita paupertas & egestas laboriosos. Vide mihi prima ætate pueros nobiles, quibus non illeebris trahendi sunt ad studia litterarum honestissima (nam ad mechanicos labores animum adiucere, piaculum est) aiunt se*

Lært.  
l. 6.

gallust. in  
lugurth.

non velle fieri Doctores; satis habere opum  
cum progenitoribus; non opus esse; ut litteris  
ac scientijs se alant. Hinc vel obiter li-  
bant libros; vel toto anno eos non aperiunt  
pulueribus plenos; sed *conchas legunt*, vt dici  
solet; sed hospitia, sed sphæristeria, sed lu-  
stra adeunt, sed in siluis feras quærunt; im-  
mò in urbibus lupas. At pauperum filij ab  
ipsa rerum indigentia ad laborem impellun-  
tur; si enim non volunt olim esurire, more  
parentum, artes discunt, quibus se alant.  
Hinc, quando semel animum ad studia lit-  
terarū appulerunt, totos sese Musis deduunt,  
quarum ope sperant, se supra vulgus, atque  
ex inopia emersuros. Quod idem videre est  
etiam in adultis, honestè se sustentare cu-  
pientibus, illi enim utilissimis cogitationi-  
bus mentem implent, itaque se occupant  
negotijs serijs, vt ludis, poculis, concilia-  
bulis malorum, impudicorum angulis, Ba-  
ccho, Veneri, & quæ alia fert otium, vacare  
non possint; cum ne ad aures quidē scal-  
pendas sibi otium esse arbitrentur. Quare,  
vt à non nemine *ignava dicta est opulentias*,  
*ita vicissim industrias esse paupertatem*,  
paulò post ostendemus. De ijs autem, qui  
voluntariè sunt pauperes, et si rectè dicatur:

Nemo

2. Tim. 2.  
4.Senec.  
ep. 1,Cic. I. 3.  
de offic.

*Nemo militans Deo, implicat se negotijs saecularibus; tamen certum est, quod nulli re magis dent operam, quam ut ne horae qui dem quadrantem finant abire otiosum, sunt enim ambulandum esse dum lucem habent, & serendum esse eis, qui volunt tempore suo messem colligere. Vnde aiunt: Omnia aliena sunt, tempus tantum nostrum est. Ac sane vel sic quædam tempora nobis eripiuntur, quædā subducuntur, quædam effluunt. Turpissima ratione est iactura, qua per negligentiam fit. Hanc iacturam ergo qui agnoscunt religiosi, jam legunt, jam scribunt, jam orant, ac ne nihil agant, vel corbes texunt; dantque id vnicè operam, ut orationem lectionem, lectionem meditatio exceptiat; tunc maxime occupati, quando diuinis rebus occupantur. Quo pacto Scipio Afrieanus, si quando vacans à negotijs bellicis in litteris versaretur, dicere solebat, se numquam minus otiosum, quam cum esset in otio.*

§. V.

*Paupertas humilitatis mater est, sicut superbia filia diuitiarum,*

*De humilitate, seu animi submissione quid multis disputabo? sicut diuitiarum vermis*